

c. 42. C. XVI. q. 7.

„Tria sunt decreta et tres sunt casus. Primus, cum quis propria devotione facit se monachum. Secundus, quando illectus a monachis reliquit heredes. Tertius, quando illectus nullos relinquit. In primo habet locum: Cum pro utilitate. In secundo: Constituit. In tertio: Leo. In primo totum est monasterii quidquid offertur. In secundo totum heredum. In tertio dimidium parochialis ecclesiae et aliud dimidium monasterii. Quod in primo totum sit monasterii, habes XVI. q. I. Cum pro utilitate ¹⁾, et quod in secundo totum sit heredum, in ead. ca. q. ult. Constituit ²⁾, et quod dimidium parochialis ecclesiae, dimidium monasterii, cap. continetur Leonis. C. ³⁾.“

e. 36. C. XXVII. q. 2. verb. confirmat et perficit.

„Non quoad substantiam sui, sed quoad officium ex quo provenit tertium bonum, i. e. proles. Nam fides et sacramentum comitantur spirituales conjunctionem, non proles, nisi sequatur carnalis copula qua dicitur perfici eo modo, quo dicitur: virtus in infirmitate perficitur—quae perfecta erat, alioquin non esset virtus—, et: quos perfectos inveneris confirma, supra XI. q. III. Cap. Quod praedecessor ⁴⁾. Quod perfectum sit, quamvis non adsit carnalis copula, habes supra Di. XXVI. Deinde. Si crimen non est ⁵⁾, ubi dicitur conjugium esse perfectum et consummatum Deo auctore, quoniam ipse Deus Adam et Evam in paradiso conjunxit et eos benedixit. Quomodo ergo carnali commixtione conjugium potest perfici sine Deo, qui dedignatur esse praesens quando illa carnalis conjunctio geritur, ut infra XXXII. q. II. Connubia ⁶⁾? C.“

der diöcesen limitatae ein Unterschied zu machen sei, zwischen den jura episcopalia und den jura parochialia, ziemlich allein gestanden habe: „Aliter sensit cardinalis, aliter major pars magistrorum et generalis ecclesia.“ Nachdem Huguccio die Distinctio des Cardinalis fast wörtlich mitgeteilt und mit neuen Gründen gestützt hat, erklärt er: „Haec sententia mihi probabilior videtur, nisi generalis ecclesia repugnet.“

¹⁾ C. 34. C. XVI. q. 1.

²⁾ C. 42. C. XVI. q. 7.

³⁾ C. 7. C. XIII. q. 2. Man vgl. oben §. 2 und Note 2, S. 14.

⁴⁾ C. 105. C. XI. q. 3.

⁵⁾ C. 3. Dist. XXVI.

⁶⁾ C. 4. C. XXXII. q. 2